



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Concilii Tridentini Historia

Contra falsam Petri Suauis Polani narrationem

Pallavicino, Sforza

Antverpiae, 1670

Stephani Gradii Ode in Emblema praefixum editioni Latinae Historiae
Concilij Tridentini Eminentissimi Cardinalis Pallavicini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11642

STEPHANI GRADII

Ode in Emblema præfixum editioni Latinæ Historiæ Concilij
Tridentini Eminentissimi CARDINALIS PALLAVICINI.

Montium præpes nemorumq; cultor,
Arduum celsi decus, ô minister
Impios certo ferientis ictu
Fulminis Ales;

Qui Viris clarum, titulisq; præcis
SPORTIÆ magni genus atque stirpem, &
Missa per longam seriem parentum
Stemmata signas,

Perge, vbi pulchræ generosus ardor
Te dapis dudum tenet, atque pugnae
Ultimum victor pretium decoris
Addere lauris.

Perge, divini radios tuendo
Solis, & rostro lacerare, & ungui
Si quid inuisi Superis colubri
Restat inultum:

Tuta vt à sædo Pietas vapore
Splendeat castis operata templis;
Et teter puras odor inquinare
Desinat auras.

Non vides quantâ tibi mole præsens
Auxilli Cælum faucat? Verendo
Sol tuus latè Superis & imis
Nomine fulget.

Hoc duce insuetum per iter citatas
Explicas prime inter operata causa
Arduus pennas, penetrasq; summi
Limina Veri.

Nota iam dudum hic tibi tela, & acres
Sufficit cordi intrepido fauillas;
Hostium tergo bene sæpe notas
Sufficit iras.

Sed quid immites, mea Musa, pugnas,
Sena quid frustra meditaris arma?
Vicinus: primo ferus hostis olim
Concidit ictu.

Conci-

Concidit latè, volucrumq̄, regem
Auxit aeterno domitus trophæo:
Et nouum asserti radiare fecit
Sidus Olympi.

Tale Cyrrhei domitor draconis
Rettulit palma decus, & Gigantum
Impias sauo iaculatus igne
Iuppiter arces,

Dira cum Terrâ sata matre pubes
Prestit insano Superos duello, &
Sanguine ex tetro tetrrior cadentum
Exitit anguis.

Talis in Dacos vinam Scytasq̄,
Italas virtus animaret hastas,
Tamq̄, felici quateremus Afra
Oppida martel!

Barbarâ hauâ ultra gemerent cathenâ
Græcia pingues Asiæq̄, campi;
Et Sacris lati fluerent Latinis
Nilus & Ister.

AVGVSTINI FAVORITI.

Si te, magne Heros, tellus Argiua tulisset,
Cum vacua adscripsit fortibus Astra viris;
Vidissetq̄, tuâ confossum cuspide monstrum,
Sternere quod centum non potuere manus:
Quâ Nemees Lernaq̄, feras posuere, tropheum
Herculis, arderet quæ tibi victa fera est;
Quodq̄, habet Alcides, tu Calum inuicte teneres,
Creditus hoc humeris sustinuisse tuis.

OCTAVII FALCONERII.

Cede loco, falsi Iouis Ales, Græcia mendax
Quem Astra inter raptio pro Ganymede dedit.
Cede loco: stellis iamq̄, es minus apta notandis
Fabula, te cælo iam micuisse pudet.
At tu Tartarei domitrix succede Draconis,
Vnus & hic posthac impleat Astra labor.
Sic tandem calo dignis, te vindice Cæli,
Fulgere incipient sidera nominibus.

IOAN-